

**2787** parva tabula marmorea litteris non optima aetatis, sed bonis, rep. a. 1641 Aponi ad thermas in hortis Sertorii Ursati, ubi balnea administrantur, deinde Patavii apud eundem URS. (apud Licetum alibique) similiterque GUD. Rovigi in aedibus Silvestriis SALOM. (1696) SILV. Nunc Veronae in museo philharmonico n. 199.

Q · MAGVRIVS · Q · F · FAB

FEROX

LVS · EPIDIXIB · ET · CETAES · I · II · III · IN

GREG · VETVRIAN QVAE · ET · IVNI

5 ORVM · A · A · DICAVIT · EVRAS · VIII

ET · PERTIC · VNCINOR · XII · N · CCL · IX

apud Calogerà 6 (1732) p. 353 sq.; Maffei M. V. 127, 4; Mandruzzato *bagni d'Abano* 1 (1789), 43; Orelli 2620; Furlanettus p. 44 n. 45.

Cum eo quod legitur v. 3 *lus(or) epidixib(us) et cetaes I. II. III* composuit Iahnus primum (spec. epigr. p. 87) titulum urbanum (Henzen 6188) mihi quoque visum . . . *Caesaris lusor mutus argutus imitator Ti. Caesaris Augusti, qui primum invenit caesidicos imitari*, quo certe hoc stabilitur lusorem in usu fuisse etiam de ludio; deinde (praef. ad Persium p. XL) Taciti locum ann. 16, 21: *Thrasea Patavi, unde ortus erat, ludis cetastis a Troiano Antenore institutis habitu tragico cecinerat* collatis aliis duobus Dionis 62, 26 de eodem Thrasea: *ἐν Παταβίῳ τῆ πατριδι τραγωδίαν κατὰ τὴν πάτριον ἐν ἑορτῇ τῆν τριανονταετηρίδι ὑποκρινόμενος* et Charisii (p. 100 ed. Putsch., p. 125 ed. Keil) vel potius Plinii: *Cetarius Pomponius Secundus ad Thraseam, cum ratio cetaribus poscat, ut moenia moenibus, ilia ilibus, Parilia Parilibus: ea enim nomina, quae i ante a habent, ut cetaria, in bus necesse est desinant*. Et *cetae* huius tituli (nam *cetaes I. II. III* videtur esse casus sextus Graeca ratione declinatus) et *ludi cetasti* Taciti et grammatici *cetaria* (cum casu sexto heteroclitico *cetarius* pro *cetaribus*) videntur pertinere ad ludos illos Patavinos in memoriam Antenoris tricesimo quoque anno editos; sed quid proprie ita significetur, propterea non minus ignoramus. — *Eura* autem et *pertica uncinorum* quid significant, si fieri potest, etiam magis incertum est, nec immorabimur in plane obscuris. Tantum adnotabimus proprietatem titulorum Patavinorum addendi in titulis extremis (rarius in principio vel in latere, v. n. 2873. 2885) litteram N̄, quae videtur significare *numero*, et post eam numerum aliquem. Scilicet reperiuntur sic N̄ CCXXXII (n. 2864); N̄ CCLVI (n. 2885); N̄ CCLIX (hic); N̄ CCLXI (n. 2794); N̄ CCC (n. 2873), si numerus integer est; N̄ s CCC . . . (n. 3019); N̄ s CCC s II (n. 2797); N̄ CCC XXIII (n. 3031); N̄ CCCC XXVIII (n. 2943). Inveniuntur hae notae tam in sacris (n. 2787. 2794. 2797. 2864) quam in sepulchralibus (n. 2873. 2885. 2943. 3019. 3031), tam in titulis intra moenia Patavii eruderatis quam in iis qui ex agro prodierunt (n. 2794. 2873). Quem ob finem numeri ii adiecti sint, latet; hoc unum certum est eos nusquam observatos esse nisi Patavii, ut certe eiusmodi nota originem tituli Patavinam declarat.

**2788** in villa Sacci Longi ad Patavium RED. Saccolongi in aede parochiali rep. et ibi servata SALOM. Prope Abanum adquisivit Facciolatus misitque Rovigum ad Camillum Silvestrium SILV. Nunc Veronae in museo n. 147.

M · TERENTIVS

M · L · SECVNDVS

A · A · V · S · L · M

Contuli. Habent Redianus Pat. 65 (inde Gud. 333, 2); Salomoni 1708 p. 278; Cam. Silvestri ad Averoldum c. a. 1713 (misc. ms. Averoldi vol. XVI f. 183); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 423, 8 (1733) p. 295 (inde Mur. 87, 10); Maffei M. V. 89, 1; Furlanettus p. 47 n. 50.

**2789** in villa Apponi [= Abano] in S. Laurentii in gradu scalarum.

C · ATIVS · C · F · C · . . . .

A · A · V · S · L · M

Redianus Pat. 63 (inde Gud. 319, 10).  
C · EITIVS · C · F · C · A · A · V · S · L · M traditur.

**2790** prope Abanum rep. et ab abbate S. Danielis exposita in facie ecclesiae suae SILVESTRI 1713.

A · A

C · TREBIVS

C · F

FIRMVS

5 CVM · DONO

V · S · L · M

Cam. Silvestri ad Averoldum c. a. 1713 (misc. Averoldi vol. XVI f. 183); Car. Silvestri apud Calogerà 6 (1732) p. 421 (inde Mur. 87, 12; Furlanettus V. 38 n. 51).

**2791** in vico Putivitaliani [= Pozzovigiano II mil. a Patavio] in coemeterio SCARD. SAL. Unde venit Patavium in museum.

FORTVNAE · SACRVM

P · OPSIDIVS · P · F · RVFVS · III · VIR

TR · M · L · LEG · III · SCYTHIC

PRAEF · FABR

Contuli. Scardeonius p. 43. 84 (inde Grut. 72, 9); Ursatus ms. et 1678 p. 62 (inde Salomoni 1696 p. 405; ex hoc Mur. 80, 5); Furlanettus p. 36 n. 32 tab. 7.

**2792** a S. Pietro in Montagnare poco fa scavata VALL. Venetiis in aedibus Bernardi Trivisan ASTOR.; in aedibus Suarez GRIS.

VELLEIA · P · F

CHRESTE

F · V · S · L · M

Vallisnerius in *Galleria di Minerva* 5 (1706), 113 (inde Salomoni 1708 p. 218, item ni fallor Mur. 104, 6 ex schedis suis; Polcastro *Padova* p. 177; Furlanetto p. 48 n. 52); Astor inscr. Venet. f. 1'; Grisellini ms. inter Taurinensia Gazzeriana.

2 CRESTAE Sal.

3 *F(ortunae) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*. Vide vol. I p. 267.

**2793** Patavii in ecclesia S. Iustinae.

VETVRIA · M · F · GEMELLA

C · DORCATIVS · VERVS

F · M · D · D · D

Servavit Antiquus. Habent Marcanova cod. Bern. n. 382, cod. Mut. f. 158' Pat. 21 (inde Ferrarinus cod. Reg. Pat. 54; Pingonius f. 232'; Scardeonius p. 59; Grut. 895, 1 ex Scardeonio); Redianus Pat. 50; Sanutus f. 57. A prioribus Ursatus 1652 p. 294 et Furlanettus p. 281 n. 310 (cf. p. 531).

Versuum divisio incerta. — 3 fortasse *F(ortunae) m(uliebri) d(onum) d(ant) d(edicant)*.

**2794** Piovegae olim in vico S. Crucis SAL., hodie Patavii in domo Ioh. Antonii Corradeni ad pontem Turr cellarum SAL. ZENO.

G · C · D

M · LAELI

VS · MAGN

VI · VIR · OB

5 HONOREM

Q · Q

N · CCLXI

Salomoni 1701 p. 560; Zeno in epistula a. 1706 (ms. inter Muratoriana, ed. *lettere* 1, 365) misit Muratorio, qui ed. 712, 4. Inde Furlanettus p. 32 n. 31.

2 m. Sal., sed in explicatione habet *Manius*. De numero vide ad n. 2787.